



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

9. Ieroboam amoto antiquo & vero Dei cultu constituit sacerdotes de
extremis populi, reprehenditur à viro Dei, & c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

516 COLLATION. SACRAR.
qui sacerdotes interfecerant. Hæc Marulus.
Ex lib. 3. Reg. cap. 12. 13. 14. Ieroboam amoro antiqum
& vero Dei cultu, constituit sacerdotes de extre-
mis populi, reprehenditur à viro Dei, contra quem
cum extenderet manum, mox arefacta est, man-
que viro Dei, restituitur manus pristino viginti.

CAP. IX.

CVM populus defecisset à rege Roboam
ad Ieroboam, atque hic metueret, ne re-
uerteretur regnum ad domum David, ait in-
tra se: Si ascenderit populus iste, ut faciat so-
crificia in domo Domini in Ierusalem, & con-
uertetur cor populi huius ad Dominum suum
Roboam, regem Iuda, interficietque me, &
revertentur ad eum. Et excogitato consilio, fe-
cit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite
tra adscendere Ierusalem: Ecce dii tui Israel,
qui te eduxerunt de terra Aegypti. Et factum
est verbum hoc in peccatum. Et fecit phana-
læ excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui
non erant de filiis Leui. Constituitque diem
solemnem in mense octavo, quintadecima die
mensis, in similitudinem solemnitaris, que so-
lebrabatur in Iuda. Et adscendens, altare simi-
liter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quos
fabricatus fuerat: Constituitque in Bethel sacer-
dotes excelsorum quæ fecerat: Et adscen-
dit ad decimam die mensis octavi, quem finxit de
corde suo, & fecit solemnitatem filiis Israel, &
adscendit

adscendit super altare, vt adoleret incensum.
 Et ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Do-
 mini in Bethel, Ieroboam stante super altare,
 & thus iacente. Et exclamauit cōtra altare in
 sermone Domini, & ait: Altare, altare, hæc di-
 cit Dominus: Ecce filius nascetur domui Da-
 uid, Iosias nomine, & immolabit super te sa-
 cerdotes excelsorum, qui nunc in te thura suc-
 cendunt, & ossa hominum super te incendet.
 Deditque in illa die signum, dicens: Hoc erit
 signum, quod locutus est Dominus: Ecce altā-
 re scindetur, & effundetur cinis, qui in eo est.
 Cumque audisset rex sermonē hominis Dei,
 quē inelamauerat contra altare in Bethel, ex-
 tendit manum suam de altari, dicens: Appre-
 hendite eum, & exaruit manus eius quam ex-
 tenderat cōtra eum: nec valuit retrahere ad se.
 Altare quoque scissum est, & effusus est cinis
 de altari, iuxta signum quod prædixerat vir
 Dei in sermone Domini. Et ait rex ad virum
 Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora
 pro me, vt restituatur manus mea mihi. Ora-
 uitque vir Dei faciem Domini, & reuersa est ma-
 nus regis ad eū, & facta est sicut prius fuerat.
 Postea cum Abia filius Ieroboam ægrotaret, (3.
 Reg. 14.) mitteretque vxorem suam ad Abiam
 Prophetā, vt consulere eum super filio suo,
 respondit Prophetā: Ego missus sum ad te du-
 nus nuncius, quia hæc dicit Dominus: Ecce e-
 go inducā mala super domū Ieroboam, & per-
 cutian

518 COLLATION. SACRAR.
cutiam de Ieroboam mingentem ad parietē.
Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate,
comedent eos canes: qui autem mortui fue-
rint in agro, vorabunt eos aues caeli, &c. Ecce
hæc fuit merces abolentis verum Dei cultum,
& maiorum suorum religionem, remouentis
legitimos Dei Sacerdotes, & alios de extremis
populi constituentis, adscendentis super alta-
rē: vt adoleret incensum.

*Ex 3. lib. Reg. cap. 19. & 4. Reg. cap. 9. De summo
inertu impia Regina Iezabel, qua occidit Pro-
phetas Domini, & Eliæ mortem erat interminata.*

C A P. X.

IMpia Iezabel cum occidisset Prophetas Do-
mini, atq; insuper Eliæ mortem minaretur,
timens sibi Eliam, abiit quocunque ferebat vo-
luntas, tandemque petens animæ suæ vt mo-
reretur, ait: Sufficit mihi Domine, tolle animā
meā: neq; enim melior sum quam patres mei.
Zelo Relatus sum pro Domino Deo exercituum,
quia dereliquerunt pactum Domini fr-
lij Israel: altaria tua destruxerunt: & Prophe-
tas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum
ego solus, & quærunt animam meā, vt auferat
eam. Non reliquit multam Deus hanc in ser-
uos & Prophetas suos crudelitatem. Enimuo-
rò cū rex Iehu veniret in Israel, impia Iezabel
depinxit oculos suos sibi, & ornauit caput
suū, & respexit per fenestrā ingredientē Iehu
per portam, Leuauitque Iehu faciem suam ad
feno-